Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26105
Copyright: Admont, Benediktinerstift



ueritas custodiunt regē: & roborabit̄ clementia thronus ei. Exultatio iu
uenū fortitudo eorū: & dignitas senū canities. Lucē uulneris abstergit
mala: & plage in secreto ciborū uentris. Sicut diuisiones aquarū: ita cor
regis in manu dn̄i: quocūq; uoluerit inclinabit illud. Omnis uia uiri
recta ꝯ uidet̄: appendit aut̄ corda dn̄s. Facere misericordiam & iudicū:
magis placet dn̄o quā uictime. Exaltatio oculorū: & dilatatio cordis:
lucerna impiorū peccatū. Cogitationes robusti semp in habundantia:
omnis aut̄ piger semp in egestate. Qui congregat thesauros lingua
mendacii uanus & excors: & impinguat̄ ad laqueos mortis. Rapi
ne impiorū detrahent eos: quia noluerunt facere iudicū. Peruersa uia
uiri aliena: qui aut̄ mundus: rectū opus eius. Melius: sedere in an
gulo domatis: quā cū muliere litigiosa & in domo communi. Anī
ma impii desiderat malū: nō miserebit̄ proximo suo. Multato pestilen
te sapientior erit paruulus: & si sectet̄ sapientiā sumet scientiam.
Exagitat uirū de domo impii: ut detrahat impios in malū. Qui obdu
rat aurē suā ad clamorem pauperis: & ipe clamabit & nō exaudiet̄. Munus
absconditū extinguet iras: & donū in sinu in indignationē maximā.
Gaudiū iusto est facere iudicū: & pauor operantib; iniquitatē. Vir qui
errauerit a uia doctrine: in cetu gigantū cōmorabit̄. Qui diligit
epulas semp in egestate erit: qui amat uinū & pinguia nō ditabitur.
Pauor iusto dabit̄ impio: & pro rectis iniquus. Melius est habitare in terra deser
ta: quā cū muliere rixosa & iracunda. Thesaurus desiderabilis & oleū
in habitaculo iusti: & imprudens homo dissipabit illud. Qui sequit̄
iusticiā & misericordiam: inueniet uitā & iusticiā & glam. Sapientē for
tium ascendit sapiens: & destruxit robur fiducie eius. Qui custodit os
suū & linguā suā: custodit a angustiis animā suā. Superbus & arro
gans uocat̄ indoctus: qui in ira operat̄ superbiā. Desideria occidunt pigrū:
noluerūt enī quicquā manus eius operari. Tota die concupiscit & desiderat: